Quelle:
Copyright:



3 Fol: 200–209.

Festa Abbat: Prior: et Hebdomad: et Agenda pro Defunctis.

200a–209b

Festa Abbatis, Prioris, et Hebdomadarii, quibus annexa sunt Agenda pro defunctis, scilicet in Monasterio Mellicensi. In fine additur: " 1490. pridie kl. Augusti. Ista post diligentem et multiplicem previam deliberationem conventualiter conclusa, sa sunt.

4 Fol: 210–231.

Memoriale Visitationis Mellicensis 1457 factae.

210a–231b

Memoriale Visitationis Mellicensis anno 1457 institutae. Praecedit index super Memoriale. Inscriptio operis est: " Visitatio Mellicensis facta ao 1457. festo purificationis b. Mariae Virgis ", quae inscriptio a poste, rioni manu profecta est. Ipsum memoriale cum titulo genuino Fol: 213 in hunc modum incipit: " In Xti nomine amen. Anno Dñi Millesimo quadringentesimo primo (a) decima nona januarij. Memoriale visitationis huius monasterii per comissarios Dñi pape (b) facte anno Dñi 1457. circa festum purificacionis marie. Quia multa in visitationibus dici solent. "

(a) Lege: quingesimo primo

(b) Nicolai V.

Schrambius in Chron: Mellic: pag. 403 Segg. de praesenti visitatione loquitur, noster, que memorialis p. 422. col: 2. mentionem quidem facit, sed quasi minus purum publici juris facere supersedet. Utinam non supersedisset reddenda ratione, qua illi minor puritas, ac sinceritas memoria,